

asseramus ciuitatē dei verāq; pietatē
et dei cultū: in quo vna veraciter sempiterna
beatitudo p̄mittit̄. Sic itaq; mo-
dus sit huius voluminis: ut deinceps
disposita ab alio sumamus exordio.

Explicit liber primus.
Incipiūt capitula libri secūdi.

- i **De modo qui necessitati disputa-
tācōnis adhibendus est.**
- ii **De hijs que primo volumine
expedita sunt**
- iii **De assumēda historia q̄ ostē-
ditur que mala acciderint ro-
manis cū deos colerent ante-
q̄ religio xp̄iana obcresceret**
- iiii **Qd̄ cultores deozū nulla nun-
quā ad ijs suis p̄cepta p̄bita-
tis acceperint et in sacris eozū
turpia queq; celebrauerint.**
- v **De obscenatib; quib; mater
deoz; a cultozib; suis honora-
batur.**
- vi **Deos paganozū nunq̄ bene
uiuendi sanxisse doctrinam.**
- vii **Inutilia esse inuenta philoso-
phica sine auctoritate diuina
vbi queq; ad vicia p̄nū ma-
gis mouet q̄ dii fecerint q̄ q̄
homines disputauerint.**
- viii **De ludis scemicis in quib; dii
nō offendūtur edicōne suaz
turpitudinū. sed placantur.**
- ix **Quid romani veteres de colibi-
tenda poetica licentia senserit
quā greci deozū secuti iudiciuz
liberā esse voluerūt.**
- x **Qua nocendi arte demones
velint vel falsa de se crimina vel
vera narrari.**
- xi **De scemicis apud grecos i rei
publice ammistracōne re-
ceptis eo q̄ placatores deoz;
iniuste ab homib; spernerent̄**

- xii **Qd̄ romani auferendo liber-
tatē poenis i homib; quā dede-
runt in deos. melius de sese q̄
de dijs suis senserūt.**
- xiii **Debuisse intelligere romanos
q̄ dii eoz; q̄ se turpibus ludis
coli expebāt indigni essent
honore diuino.**
- xiiii **Meliorē fuisse platonem qui
poetis locū in bene morata vr-
be nō dederit q̄ hos deos qui
se ludis scemicis voluerint ho-
norari.**
- xv **Qd̄ romani quosdā sibi deos
nō racōne. sed adulatione in-
stituerint.**
- xvi **Qd̄ si dijs ulla esset cura iusti-
cie ab eis romani accipe de-
buerint p̄cepta viuendi potius
us q̄ leges ab alijs hominib;
mutuari.**
- xvii **De raptu sabinarū alijsq; iniq̄-
tatib; que in ciuitate romana
etiā laudatis viguere tēporib;**
- xviii **Que de morib; aut metu com-
pressis aut securitate resolutis
salustij p̄dit historia.**
- xix **De corrupcōe romane repub-
licē priusq̄ cultū deoz; cristus
auferret.**
- xx **Qua velint felicitate gaudere
et quib; moribus viuere qui
tp̄a xp̄iane religiōis incusant.**
- xxi **Que sentētia fuerit ciceronis
de romana republica.**
- xxii **Qd̄ dijs romanozū nulla vn-
quā cura fuit ne malis mori-
bus respublica deperderetur.**
- xxiii **Varietates rerū tp̄aliū non
ex fauore aut impugnacōe de-
monum. sed ex veri dei pende-
re iudicio.**
- xxiiii **De fillanis actib; quoz; se de-
mones ostēderūt aduatores.**
- xxv **Quantum maligni spūs ad**

flagicia incitat homines cum committendis sceleribus quasi diuinam exempli sui auctoritatem interponunt.

xxvi De secretis demonum momentis que pertinebant ad bonos mores cum palam in sacris eorum omnis nequitia disceret.

xxvii Quanta euerfione publice discipline romani diis suis placandis sacrauerint obscena ludorum.

xxviii De cristiane religionis salubritate.

xxix De abiciendo cultu deorum cohortatio ad romanos.

¶ Expliciunt capitula libri secundi.

¶ Incipit liber secundus. ¶ Ca. i.

Rationi perspicue veritatis infirmus humane consuetudinis sensus non auderet obfistere. si doctrinae salubri languore suum tanquam medicine subderet. donec diuino adiutorio fide pietatis impetrante sanaretur: non multo sermone opus esset ad conuincendum quolibet vane opinionum errorem. hiis qui recte sentiunt. et sensa verbis sufficientibus explicat. Nunc vero quantum ille est maior et deterior insipientium moribus animorum. quo irrationabiles motus suos etiam post rationem plene redditam quanta homini ab homine debetur. siue nimia cecitate qua nec apta cernuntur. siue obstinatissima puericia qua et ea que cernuntur non feruntur. eamque tanquam ipsam rationem veritatemque defendunt: sic necessitas copiosius dicendi plerumque res claras. velut eas non expectantibus inueniendas sed quodammodo tangendas pal-

patibus et communitatibus afferamus. Et tamen quis disceptandi finis et loquendi modus: si respondendum esse respondentibus se existimemus? Nam qui vel non possunt intelligere quod dicitur. vel tam duri sunt aduersitate mentis. ut etiam si intellexerint non obediunt. respondere ut scriptum est. aut loquuntur iniquitate atque infatigabiliter vana sunt. quorum dicta contraria si totiens velimus refellere quociens obmixta fronte statuerint non cogitare quod dicam dum quoquomodo nostris disputacionibus contradicant: quod sit infinitum et erinosum et infructuosum vides. Quamobrem nec tempus mihi marcelline nec alios quibus hic labor noster in christi caritate utiliter ac liberaliter seruit. tales meorum scriptorum velim iudices que responsione semper desideret. cum hiis qui leguntur audierint aliquid contradictione fiat filies eorum muliercularum quas commemorat apostolus. semper discentes et ad veritatis scientiam nunquam peruenientes. ¶ Ca. ii.

Superiori itaque libro cum de ciuitate dei dicere instituissem. vni hoc vniuersum opus illo adiuuante in manus sumptum est: occurrit michi respondendum esse primitus eis qui hec bella quibus mundus iste conteritur. maximeque romane urbis recentem a barbaris vastacionemque christiane religioni tribuunt. qua prohibentur nephandis sacrificiis seruire demonibus: cum potius hoc deberet tribuere christo quod propter eius nomen contra institutum moreque bellicum eis quo confugerent religiosa et amplissima loca barbari libera perbuerunt atque in multis famulatum deditum christo non solum verum. sed etiam timore confictum. sic honorauerunt: ut quod in eos belli iure fieri licuisset illicitum sibi esse iudicarent. Inde inquit questio cur hec diuina beneficia et ad impios iniquosque peruenirent: et cur illa interdum dura que

hostiliter facta sunt. pios cum impijs pariter affixerunt. Quam questionem per multa diffusam in omnibus cottidians vel dei muneribus vel hominum cladibus. quorum utraque bene et male vivensibus permixte atque indiscrete dum sepe accidunt. solent multos mouere ut suscepti operis necessitate dissoluerent aliquantulum immoratus sum. maxime ad consolandas sanctas feminas et pie castas: in quibus ab hoste aliquid pertratum est quod intulit verecundie dolorem. et si non abstulit pudicitie firmitatem: ne peniteat eas vite. quas non est unde possit penitere nequicie. Deinde pauca dixi in eos qui christianos aduersis illis rebus affectos. et precipue pudorem humiliataque feminarum quamvis castarum atque sanctarum. proteruitate impudentissima exagitant. cum sint nequissimi et irreuerentissimi: longe ab eis ipis romanis degeneres. quorum preclara multa laudantur. et hanc memoriam celebrantur: in omni illorum glorie vehementer aduersi. Roma quippe partem veterum auctarum laboribus. fedior est stantem fecerat quam ruentem: quando quidem in ruinam eius lapides et ligna. in istorum autem vita omnia non murosum sed morum munimenta atque ornamenta ceciderunt cum funestioribus eorum corda cupiditatis quasi ignibus. tecta illius urbis arderent. Quibus dictis: primum terminauit librum. Deinceps itaque dicere institui que mala ciuitas illa pestifera ab origine sua: siue apud seipam siue in provincijs sibi etiam subditis: que omnia christiane religioni tribuerent. si iam tunc euangelica doctrina aduersus falsos et fallaces eorum deos testificatione liberrima personaret. **Ca. iij.**

Memento autem me ista commemorantem adhuc contra imperitios agere: ex quorum impericia illud quoque ortum est vulgare puerbium:

pluuia deficit causa christiani. Sunt namque qui eorum studijs liberalibus instituti amant historiã qui facillime ista nouerunt: sed ut nobis inruditorum turbas in festissimas reddat se nosse dissimulat atque hoc apud vulgus confirmare misuntur. clades quibus per certa intervallo locorum et temporum genus humanum oportet affligi causa accidere nominis christiani: quod contra deos suos ingenti fama et preclarissima celebritate per cuncta diffunditur. Recolant ergo nobiscum antequam christus venisset in carne: antequam eius nomen eam cui frustra inuidet gloriam populis innotesceret quibus calamitanibus res romane multipliciter varieque contrite sunt: et in his defendat si possunt deos suos. si propterea coluntur ne ista mala patiantur cultores eorum: quorum si quid nunc passi fuerint nobis imputanda esse contendunt. Cur enim que dicturus sum permisserunt accidere cultoribus suis: antequam eos declaratum christi nomen offenderet. eorumque sacrificia prohiberet. **Ca. iij.**

Primo ipos mores ne pessimos haberent: quare dii eorum curare noluerunt. Deus enim veros eos a quibus non colitur merito neglexit. Dii autem illi a quorum cultu se prohiberi homines ingratiissimi conqueruntur: cultores suos ad bene viuendum quare nullis legibus adiuuerunt. Siquis dignum erat: ut quomodo isti illorum sacra: ita illi istorum facta curaret. Sed respondetur. quod voluntate propria quisque malus est. Quis hoc negauerit. Verumtamen pertinebat ad consultores deos vite bene precepta non occultare populis cultoribus suis: sed clara predicacione prebere. Per vates etiam conuenire atque arguere peccantes: palam mimari penas male agentibus: premissa recte viuentibus polliceri. Quod vniquam tale deorum illorum templis: prompta et emineti voce crepuit. **Demiebam.**



[Marginal notes in a smaller script, partially obscured and difficult to read.]

nos etiā aliqñ adolefcētes ad specta-
cula ludibriaq; sacrilegorū: specta-
bamur arrepticios audiebamus sim-
plicitates ludis turpissimis. q̄ dñs de-
abusq; exhibebāt. oblectabāt celesti
virgini. berecintbie deorū m̄ri om̄iū.
Ante cuius lecticā die solēni lauacōis
eius talia p̄ publicū cāntabātur a ne-
quissimis scēmis: q̄lia non dico ma-
trē deorū. s; matrē qualiūcūq; senato-
rū. vel quozūlibet honestoz; virozum:
imo vero qualia nec matrē scēmicoz;
deceret audire. Habet enī quiddam
erga parētes humana verecūdia: q̄
nec ip̄a nequicia possit auferre. Illam
promde turpitudinez; obscenoz; di-
etozū atq; factorū. scēnicos ip̄os do-
mi sue p̄ ludendi causa corā matrīb;
suis agere puderet: q̄ p̄ publicum
agebat corā deorū. matrē spectāte et
audiēte vtrūsq; sexus frequēntissima
multitudine. Que si illecta curiosita-
te adesse potuit circūfusa: saltē offen-
sa castitate debuit abire confusa. Que
sunt sacrilegia. si illa erāt sacra: aut q̄
inquinacō. si illa lauacō. Et hec fercu-
la appellabātur. quasi celebraret; cō-
uiuū: quo velut suis epulis immūda
demoīa pascerētur. Quis enī nō senti-
at cuiusmodi spūs talibus obscen-
tātib; delectētur: nisi vel nesciens vtrū
sint omnino vlli immundi spūs deorū
noīe decipiētes vel talē agens vitam
in qua istos potius q̄ deū verū et op-
tet p̄picios et formidet iratos. ¶ Ca. v.

Nequa q̄ istos q̄ flagricōssime
osuetudis vicis oblectari ma-
gis q̄ obluctari studēt. s; illūp̄m nasi-
cā sapionē q̄ vir optimus a senatu ele-
ctus ē. cuius manib; eiusde; demonis
simulacrū susceptus ē in vrbeq; pue-
ctū. habere de hac re iudicem vellet:
diceret nobis vtrū matrē suam tam
optie de republica vellet mereri. ut ei
ōm̄i honores decernerēt. sic et grecos

et romanos aliasq; gentes cōstāt q̄-
busdā decreuisse mortalib;: quoz; ers-
ga se beneficia magnipenderant: eos
immortales factos atq; in deorū nu-
merū receptos esse crederāt. Profe-
cto ille tantā felicitate; sue matris si
fieri possit optaret. Porro si ab illo de-
inde q̄reremus vtrū inter eius diui-
nos honores vellet illa turpia celebra-
ri: nōne se malle clamaret. ut sua ma-
ter sine vllō sensu mortua iaceret. q̄
ad hoc dea viueret ut illa libenter au-
dires. Absit ut senator; populi roma-
ni ea mente p̄ditus qua theatrū edifi-
cari in vrbe fortium virozū phibuit. sic
vellet coli matrē suā ut talibus dea sa-
cris p̄piciaret; qualib; matrona vr-
bis offenderetur nec ullo modo cre-
deret verecūdiā laudabilis femine ita
in contrariū diuinitate mutari ut ho-
nozib; eam talib; aduocarēt cultores
sui. qualib; diuicis in quempiā iacu-
lans cū inter hoīes viueret nisi aures
clauderet. seseq; subtraheret: erubes-
cerēt pro illa et p̄pinqui. et maritus et
liberi. Promde talis mater deū. qua-
lem habere matrē puderet quolibet
etiā pessimū virū. romanas occupatu-
ra mentes quesiuit optimuz; virū non
quē monendo et adiuuando faceret.
sed quē fallendo deciperet. ei similis
de qua scriptū est mulier autē virozū
p̄ciosas animas captat: ut ille magne
indolis animus hoc velut diuino testi-
monio sublimatus. et vere se optimū
existimans: verā pietatē religionēq;
non quereret: sine qua om̄e quamuis
laudabile ingemū supbia vanescat et
decidit. Quomō igitur nisi infidiose
quereret dea illa optimū virū: cū ta-
lia querat in suis sacris. qualia viri
optimi abhorrent suis adhibere con-
uiujs. ¶ Capitulū sextū.

Hinc est quod de vita et moribus
ciuitatū atq; populozū a quib;

solebantur illa numina non curarunt: ut tamen horrendis et detestabilibus malis non in agro et vitiis. non in domo atque pecunia non demum in ipso corpore quod mensa subditur: sed in ipsa mente. in ipso rectore carnis animo. eos impleri ac pessimos fieri sine ulla sua terribili prohibitione permitterent. Aut si prohibebant. hoc ostendatur potius hoc probetur: nec nobis nescio quos susurros paucissimi morum auribus anhelatos. et archana velut religioni tradita iactent. quibus vite prohibitas castitasque discat: sed demonstretur vel commemoretur loca talibus aliquando conventiculis consecrata: non ubi ludii agerentur obscenis votibus et motibus histrionum. nec ubi fugalia celebrarentur refusa omni licentia turpitudinis. et vere fugalia. sed pudoris et honestatis: sed ubi populi audirent quod dii preceperint. de cobibenda avaricia. ambicione frangenda. luxuria refrenda: ubi discerent miseri quod discendum plus increpat dices. **Discite o miseri causas cognoscite rerum. Quid sumus et quid nati videtur: quid gignimur: ordo quis datus aut metus. quia flexus mollis et unde: quid modus argenti. quid prohibitas optare quid asper vtile nummus habet: patrie carnisque proximis. quantum largiri deceat: quem deus esse iussit. et humana es in re qua parte locatus. Discatur in quibus locis hec doctissimi deorum solebant precepta recitari et a cultoribus eorum populis frequenter audiri: sicut nos ostendimus ad hoc ecclesiam institutas: qua qua versus religio christiana diffunditur. **Ca. vii.****

H forte nobis philosophorum scholas disputacionesque memorabuntur. Primo hec non romana sed greca sunt. Aut si propterea iam romana. quia et greca facta est romana provincia: non deorum precepta sunt sed hominum inuenta que

utrumque conati sunt ingenijs acutissimis predicti rationando investigare. quod in rerum natura latitaret: quid in moribus appetendum esset atque fugiendum: quid in ipsis rationandi regulis certa conexione traheret: aut quid non esset consequens. vel etiam repugnaret. Et quidam eorum quedam magna quantum divinitus adiuti sunt inveniunt: quantum autem humanis impediti sunt. erraverunt. maxime cum eorum superbie iuste prudentia divina resisteret: ut via pietatis ab humilitate in superna surgentes etiam istorum cooperatione monstraret. Unde postea nobis erit. in dei veri domini voluntate disquirendi ac differendi locus. **Serunt amen.** si philosophi aliquid inveniunt quod agende bone vite beateque adipiscende satis esse possit: quanto iustus talibus divini honores decernerent. quanto melius et honestius in platonis templo libri eius legerent. quam in templis demonum galli abscederentur. molles consecrarentur. insanis secarentur et quicquid aliud. vel crudele vel turpe. vel turpiter crudele vel crudeliter turpe. in sacris talium deorum celebrari solet: quanto satius erat ad erudiendam iustitiam iuventutem publice recitari leges deorum: quam laudari inanimiter leges atque instituta maiorum. Omnes enim cultores talium deorum mox ut eos libido impulerit: feruent ut ait per iustitiam tincta veneno: magis inveniunt quicquid iupiter fecerit: quam quid docuerit plato vel censuerit cato. **Hinc** apud terentium flagitiosus adolescens spectat tabulam quandam pictam in pariete ubi inerat pictura hec iouem quo pacto diane misisse aiunt in gremium quondam aureum ymbrem: atque ab hac tanta auctoritate adhibet patrocini turpitudini sue. cum in ea se iactat imitari deum. **Quem deum inquit? Qui templa celi summo sonitu concunt. Ego**

bonificio id non faceret. Ego vero illud
feci etiam libens. ¶ Ca. octauum.

Ueni non traditur ista sacris
deorum: sed fabulis poetarum. Nolo
dicere illa mystica quam ista theatrica esse
turpiora. Hoc dico quod negantes diuinitatis
historia: eosdem illos ludos in quibus
regnant figmenta poetarum. non per im-
perium obsequium sacris deorum suorum in-
tulisse romanos: sed ipsos deos ut sibi
sollemniter ederentur. et honori suo con-
secrarentur acerbis imperando. et quod
amodo extorquendo fecisse: quod in
primo libro breui memoracione per-
strinxit. Nam in grauescente pestilentia
ludi scemici auctoritate pontificum ro-
me primitus instituti sunt. Quis igitur
in agenda vita non ea sibi potius secun-
danda arbitretur que auctoritate diuina instituta sunt. quam ea que
scripta sunt legibus humano consilio
promulgatis. Adulterum iouem si poete
fallaciter perdidit: dii utique casti que
tantum nequas per humanos ludos con-
fictum est: nunquam neglectum irasci ac
vindicare debuerunt. Et hec sunt scemici
comarum tolerabiliora ludorum. comedie
scilicet et tragedie hoc est fabule poe-
tarum: agende in spectaculis multa res
turpitudine. sed nulla saltem sicut as-
silia multa verborum obscenitate composita
te: quas etiam inter studia que honesta
ac liberalia vocantur pueri legere et
discere coguntur a senibus. ¶ Ca. ix.

Quid autem hinc senserint roma-
ni veteres. cicerone testatur in libris.
quos de republica scripsit: ubi sapio
disputans ait. Nunquam comedie. nisi con-
suetudo vite pateretur: probare sua
theatris flagicia potuissent. Et greci
quidem antiquiores viciose sue opini-
onis. quandam conuenientiam seruauerunt:
apud quos fuit etiam lege concessum.
ut quod vellent comedia. nominatim de quo
vellent diceret. Itaque sicut in eisdem libris

loquitur africanus. que illa non at-
tingit. vel potius que non vexant: cui per-
perat. Esto: populares homines impro-
bos. in republica sediciosos: cleonez
cleofonte hipbolu lesit. Patiamur in-
quit: et si huiusmodi cives a censore
melius est quam a poeta notari: sed peris-
clen cum iam sue ciuitatis maxima auctori-
tate plurimos annos domini et bellip-
fuisse violari versibus. et eos agi in sce-
na non plus deuit: quam si plautus inquit
noster voluisset. aut neuus publico
et gneo sapiom aut cecilius marco
catoni maledicere. Deinde paulo
post nostre inquit oratio duodecim tab-
ule cum per paucas res capite sanxis-
sent. in his hanc quam sancti edam putas
uerunt: si quis occidisset. siue crimine
condidisset quod infamiam faceret. flagi-
ciumve alteri perceret. Iudicium enim ma-
gistratum disceptationibus legitimis
proposita vitia non poetarum in genis ha-
bere debemus nec perbre audire: nisi ea
lege ut respondeat liceat: et iudicio de-
fendere. Nec ex ciceronis quarto de
republica libro ad verbum excerpta
arbitratus sum: nonnullis propter facili-
orem intellectum vel propter missis. vel pau-
lulum commutatis. Multum enim ad rem per-
tinet: quam molior explicare si potero. Di-
cit deinde alia: et sic conclusit hunc lo-
cum. ut ostendat veteribus displicuisse
romanis. vel laudari quemquam in sce-
na viuum hominem. vel vitupari: sed ut dixi.
hoc greci quamquam inuerecundius. ta-
men conuenientius licere voluerunt: cum
videret deus suis accepta et grata esse
opprobria. non tantum hominum verum et ipso-
rum deorum in scemiciis fabulis siue a poe-
tis essent illa ficta. siue flagicia comarum
vera commemorarentur et agerentur in
theatris: atque ab eorum cultoribus vti-
solum risu ac non etiam imitatione digna
viderentur. Nihil enim superbum fuit. fa-
me parcere principum ciuitatis et ciuium

ubi sine et fame parci numina noluerunt. Nam quod affertur pro defensione non illa vera in deos dici sed falsa atque conficta: id ipsum est scelestus. si pietate consulas religionis. Si autem malitiam demonum cogites: quid astutius ad decipiendum atque callidius. Cum enim probrum iacitur in principem patrie bonum atque utilem: nonne tanto est indignus quanto a veritate remotus. et a vita illius alienius. Que igitur supplicia sufficiunt: cum deo sit ista tam nepharia tam insignis iniuria. **Ca. decimum.**

Sed maligni spiritus quos isti deos putant etiam flagitia que non admiserunt de se dici volunt. dum tamen humanas mentes his opinionibus velut rebus induant et ad predestinatum supplicium secum trahant: siue homines ista commiserint quos deos habere gaudent. qui humanis erroribus gaudent pro quibus etiam se colendos mille nocendi fallendi que artibus interponunt: siue etiam nullorum hominum illa crimina vera sint. que tamen de numinibus fingi libenter accipiunt fallacissimi spiritus: ut ad scelestam ac turpia perpetranda. velut ab ipso celo traduci in terras. satis idonea videatur auctoritas. Cum igitur greci talium numinum seruos se esse sentirent. inter tot et tanta eorum theatrica improbria precendunt sibi a poetis nullo modo putauerunt vel diis suis etiam sic osmulari appetentes: vel meuentes ne honestiores famam ipsi requirendo. et eis se hoc modo preferendo: illos ad iracundiam puocarent. Ad hanc conuenientiam pertinet quod etiam scemicos auctores earumdem fabularum. non paruo ciuitatis honore dignos existimauerunt. Si quidem quod in eo quoque de republica libro commemoratur: et eschines atheniensis vir eloquentissimus cum adolescens tragedias actitauisset rem publicam capessit: et aristodemum tragicum item

auctorem maximis de rebus pacis ac belli legatum ad philippum athenienses sepe miserunt. Non enim consentaneum putabatur cum easdem artes eosdemque scemicos ludos etiam diis suis acceptos viderent: illos pro quos agerentur infamium loco ac numero deputare. **Ca. xi.**

Nec greci turpiter quidem. si sane diis suis omnino congruenter. qui nec vitam ciuium laceranda linguis poetarum et histrionum subtrahere ausi sunt a quibus cernebant deorum vitam turpiter quidem. si sane diis suis omnino congruenter qui nec vitam eisdem diis ipsis volentibus et libentibus carpiet ipsos homines pro quos ista in theatris agebatur que numinibus quibus subditum erant grata esse cognouerunt: non solum mime spernedos in ciuitate: verum etiam maxime honorandos putarunt. **Q**uid enim cause reperire possent. cur sacerdotes honorarent quia per eos victimas diis acceptabiles offerebant et scemicos profanos haberent. per quos illam voluptatem siue honorem diis exhiberi poterant: et nisi fieret nascensibus eorum admonitioe didicerint: cum presertim lateo que huiuscemodi rerum pessimum predicant numina bona a numinibus malis ista etiam cultus diuersitate distinguat. ut malos deos precitari cedibus et tristibus supplicacionibus asserat: bonos autem obsequiis letis atque iocundis qualia sunt ut ipse ait. ludi. conuiuia lectistermia. **Q**uod totum quale sit. postea si deus inuearit diligentius differemus. **N**unc ad rem presertim quod attinet si diis omnibus omnia tanquam bonis promixte tribuantur: neque enim esse decet deos malos cum potius isti quia immundi sunt spiritus omnes sint mali: siue certa discrecione sicut lateoni visum est illis illa. istis ista distribuatur obsequia: competentissime greci utrosque honore ducunt.

et sacerdotes p quos victimæ ministrantur. et scemicos per quos ludi exhibentur: ne vel omnibus dijs suis si et ludi omnibus grati sūt. vel quod est indignius hīs qui bonos putāt si ludi ab eis solis amantur. facere cōvincantur iniuriam. ¶ Ca. xij.

Et romani sicut i illa de republica disputacōne scipio gloriatur probris et iniurijs poetarū subiectarū vitam famāq; habere noluerunt: capite etiā sanctientes tale carmen condere si quis auderet: quod erga se quōdem satis honeste cōstituerūt. sed erga deos suos superbe et irreligiose: quos cū scirent nō solum patienter sed etiā libēter poetarū probris maledictisq; lacerari. se potius quā illos huiusmodi indignos iniurijs esse duxerūt. seq; ab eis etiā lege munierūt: illoz autē ista etiā sacris solemnitatibus miscuerūt. Itane tandē scipio laudat hanc in poetis romanis licentia; negatā esse ut cuiquā opprobriū infligerēt romanozū: cū videas eos nulli deoz pepisse vestroz. Itane pluris tibi habenda visa est existimatio curie vestre quā capitolij. imo rome vniuers. quā celi tonus ut lingua maledicam in ciues tuos exercere potest etiā lege prohiberentur: et in deos tuos securi tanta cōiicia nullo senatore. nullo censore. nullo principe. nullo pontifice prohibente iacularent. Indignū videlicet fuit ut plautus. aut neuius publico. et gneo scipioni. aut cecilius marco catoni malediceret et dignum fuit ut therenius vester flagitio iouis optimi maximi. adolescentiu; nequitiam concitaret. ¶ Ca. xij.

Ed responderet michi fortasse si viueret quō nos ista impunita esse nollemus que ipi dii sacra esse voluerūt: cū ludos scemicos vbi tabilia celebrantur dicitantur. actitantur.

et romanis moribus inuenerūt: et suis honoribus dicari exhiberiq; iusserunt. Cur nō ergo hinc magis ipi intellecti sūt nō esse dii veri. nec omnino digni. quibus diuinos honores deferret illa respublica: Quos enim coli minime deceret homines. neq; oporteret si ludos expterent agendos conuicijs romanoz: quō queso dii colendi putati. quō non detestandi spiritus intellecti: quō cupiditate fallendi inter suos honores sua celebrari crimina poposcerūt. Itēq; romani quāuis iā superstitione noxia pmerentur ut illos deos colerent. quos videbāt sibi voluisse scemicas turpitudines consecrari. sue tamē dignitatis memores ac pudoris. auctores talium fabularū nequaquā honorauerūt more grecoz: si sic apud ciceronē idē scipio loquit. cū artem ludicrā scenāq; totam in probro duceret: genus id hominū nō modo honore ciuū reliquoz carere: sed etiā tribu moueri notacōne censoria voluerunt. Preclara sane et romanis laudibus annumeranda prudētia: sed vellem se ipsa sequeretur. se imitaret. Ecce enim rē quisquis ciuū romanoz esse scemicus elegisset: nō solū ei nullus ad honore d abatur locus. verū etiā censoris nota tribu tenere propria minime sinebatur. O ammū ciuitatis laudis auidū germaneq; romanū. Sed respondeatur michi qua cōsentaneū racōne homines scemici ab omni honore pelluntur: et ludi scemici deoz honoribus admiscentur. Illas theatricas artes diu virtus romana nō nouerat: que si ad oblectamentū voluptatis huane quereretur: vicō morū irreperēt hūanoz. dii eas sibi exhiberi petiuerunt. Quō ergo abicitur scemicus. per quē colit deus. Et theatrice illius turpitudinis quō fronte notat auctor: si adorat exactor. In hac controuersia greci

romaniq; concertat. Greci putat recte se honorare homines scenicos cum colat ludos scenicos flagitatores deos: romani vero hominibus scenicis nec plebeia tribu. quatomius senatoria curia de honestate smut. In hac disceptatione huiuscemodi raco maco summam questionis absoluit. Proponunt greci. Si dii tales colendi sunt: profecto etiam tales homines honorandi sunt. Adsumunt romani. Sed nullomodo tales homines honorandi sunt. Concludunt christiani. Nullo modo igitur dii tales colendi sunt. Ca. xiiij.

Quoniam querimus ipsi poete talium fabularum opposito quod duo decim tabularum lege prohibentur famam ledere civium tam profusa in deos concivicia iaculantes cur non ut scenici habeantur inhonesti? Quia ratione rectum est ut poetarum figmentorum et ignominiosorum deorum infamem actores honoraret auctores? An forte greco platoni potius palma danda est? Qui cum ratione formaret qualis esse civitas debeat: tanquam adversarios civitatis poetas censuit urbe pellendos. Iste vero a deorum iniurias indignè tulit: et fuscari corrumptisque figmentis animos civium noluit. Confer nunc platoni humanitates a civibus decipiendis poetas urbe pellentes cum deorum divinitate honori suo ludos scenicos expectet: ille ne talia vel scriberentur. et si non persuasit disputando. tamen suasit levitati. lascivieque grecorum isti ut talia etiam agerentur iubendo extorsit gravitati et modestie romanorum. Nec tamen hec agi voluerunt. sed sibi dedicari. sibi sacrari. sibi solèmiter exhiberi. Cui tandem honestius divinos honores decerneret civitas: utrum platoni hec turpia et nequam prohibenti. an de omnibus hac hominum deceptone gaudentibus: quibus ille vestra persuadere non potuit. Hunc platonez

laxo inter semideos commemorandum putavit: sicut hercule sicut romulum: semideos autem heroibus anteponit: sed utrosque inter numina collocat. Verum tamen istum quem appellat semideum: non heroibus tantum sed diis ipsis preferendum esse non dubito. Proponunt autem romanorum leges disputantibus platoni quando ille cuncta poetica figmenta odernat. isti autem poetas adimunt saltim homines maledicendi licentia: ille poetas ab urbis ipsius habitatione. isti saltim auctores poetarum fabularum remouet a societate civitatis: et si contra deos ludos scenicos expectatores aliquid auderent undique forte remoueret. Nequaquam igitur leges ad instituendos bonos aut corrigendos malos mores a diis suis possent accipere seu sperare romani: quos legibus suis vincunt atque conuincunt. Illi enim honori suo deposcunt ludos scenicos: isti ab honoribus omnibus repellunt homines scenicos. Illi celebrari sibi iubet figmentis poetarum opprobria deorum isti ab opprobriis hominum deterrēt impudentiam poetarum. Semideus autem ille plato et talium deorum libidini restitit. et ab indole romanorum quid proficiendum esset ostendit: quod poetas esse ipsos vel per arbitrio mententes. vel hominibus miseris quasi deorum facta pessima imitanda proponentes. omnino in civitate bene instituta vivere noluit. Nos quidem platone. nec deum. nec semideum prohibemus. nec ulli sancto angelo summi dei nec veridico prophete. nec apostolo alicui. nec cuilibet christi martiri. nec cuiquam christiano homini concipiamus: cuius ratio nostre sententie deo prosperante suo loco explicabitur. Sed enim quoniam quidem ipsi voluit fuisse semideum: preferendum esse censemus si non romulo et herculi quamvis istum nec fratrem occidisse nec aliquod perpetrasse flagitium quisquam historicorum vel poetarum dixit a

fixint. certe vel p̄apo vel alicui cenocessalo postremo vel febrī q̄ romani numina partim p̄grina receperūt: partim sua p̄pria sacrauerūt. Quō igitur tāta animi et morū mala. bonis p̄ceptis et legibz vel immīnētia p̄hiberēt vel im̄ita extirpāda curarent dii tales: q̄ etiā semināda et agēda flagicia curauerūt talia vel sua vel quasi sua facta p̄ theatricas celebritates p̄lis innotescere cupiētes ut tanquā auctoritate diuina sua sponte nequissima libido accēderet hūana: frustra hoc exclamāte cicerone. qui cū poētis ageret. ad quos cum accessit inquit clamor et approbaco p̄li quasi magni cuiusdā et sapientis m̄gri: quas illi obducūt tenebras. quos inuehūt metus. quas inflāmant cupiditates. **Ca. xv.**

Que autē illic eligēdoz. deoz etiā ip̄ozū falsoz racō ac nō potius adulaco est. q̄n istū platonē quē semideū volūt tantis disputacoibz laborantē ne animi malis que p̄cipue cauēda sūt mores corūperēt hūani nulla sacra edicula dignū putarēt: et romulū suū diis multis p̄tulerūt. quāuis et ip̄m semideū potius q̄ deū. velut secretior eoz doctrina cōmendet. Nam etiā flamīnē illi instituerūt: quod sacerdocij genus adeo in romanis sacris testāte apice excellit: ut tres solos flamīnes haberēt tribz numinibz institutos: dyalē ioui. marcialē marti: quirinalē romulo. Nā be-
miuolenā ciuū velut receptus in celuz quirinus ē postea noiatus: ac p̄ hoc et neptuno et plutoni fratribz iouis. et ip̄i saturno p̄ri eoz iste romulus honore p̄latus est: ut p̄ magno sacerdotiū qd̄ ioui tribuerūt. hoc etiā huic tribuerēt: et marti tāquā p̄ri eius. fortitan propter ip̄m. **Ca. xvi.**

Sicut autē diis suis romani uiuendi leges accipere potuissent nō a-

liquot annos post romā conditā. ab atlxmīensibz mutuarent leges solomis: quas tñ nō ut acceperūt. sed meliores et emēdatiores facē conati sunt quāuis etiā ligurgus lacedemonijs leges ex apollinis auctoritate se instituisse cōfinxerit: qd̄ prudēter romani credere noluerūt p̄pterea nō inde acceperūt. Numa pompilius qui romulo successit in regnū quasde leges q̄ quidē regende ciuitati nequa q̄ sufficerent condidisse fertur: qui eis multa etiā sacra cōstituit nō tñ p̄hibetur easde leges a numibz accepisse. Mala igitur animi. mala vite. mala morū que ita magna sūt. ut hijs doctissimi viri eoz etiā stantibz vrbibz respublicas p̄ire confirmarēt. dii eoz ne suis cultozibz acciderint mime curauerūt: imo vtro ut auerentur sicut sup̄ disputatū est omnimodo curauerūt.

R forte populo romano **Ca. xvij.** Romano p̄pterea leges nō sunt a numinibus cōstitute. quia sicut salustius ait ius bonūqz apud eos nō legibus magis q̄ natura valebat. Ex hoc iure ac bono: credo raptas sabinas. Quid enī iustius et melius q̄ filias alienas fraude spectaculi inductas. non a parētibz accipi: sed vī ut quisqz poterat auferri. Nam si inique fecerāt sabini negare postulas: quāto fuit iniquius rape nō datas. Iustius autē bellū cū ea gente geri potuit. que filias suas ad matrimonū cōregionabilibus et ofinalibz suis negassent p̄tistas: q̄ cū ea que reptebat ablatas. Illud ergo potius ibi fieret vbi marsiliū suū pugnante iuuaret: ut coniugoz negatoz armis vlsceretur iniuriā: et quoquo mō ad feminas. quas voluerat pueniret. Aliquo enī fortasse iure belli iniuste negatas iuste victoz auferret: nullo aut iure pacis nō datas rapuit: et iniustuz bellū cū eaz

parentibus iuste succensentibus gessit.
Hoc sane vtilius feliciusque successit.
Quod etsi ad memoriam fraudis illius
circensium spectaculum mansit. facinoris
tamen in illa ciuitate et imperio non pla-
cuit exemplum: faciliusque romani in hoc
errauerunt. ut post illam iniquitatem deum
sibi romulum consecrarent: quod ut in femi-
nis rapiendis factum eius imitandum
lege ullam more premitterent. **E**x hoc
iure ac bono post expulsum cum liberis
suis regem tarquinium cuius filius lucre-
ciam stupro violenter obpresserat. iu-
nius brutus consul. lucium tarquinium
collatinum maritum eius de lucretie col-
legam suum bonum atque innocentem virum.
propter nomen et propinquitatem tarquini-
orum coegit ingratus se abdicare: nec
vivere in ciuitate permisit. **Q**uod scelus
fauente vel patiente populo fecit. a quo
populo consulatum idem collatinus sicut
etiam ipse brutus acceperat. **E**x hoc iure
ac bono marcus camillus illius tem-
poris vir egregius qui vebigentos
grauissimos hostes populi romani post
decennale bellum quo romanus exer-
citus toties male pugnando grauer
afflictus est. iam ipse a roma de salute
dubitante atque trepidante facillime sus-
cepit. eorumque urbem opulentissimam ce-
pit: inuidia obrectatoque virtutis sue
et insolentia tribunorum plebis reus
factus est: tamquam ingratus sensit quam li-
berauerat ciuitatem. ut de sua donatione
certissimus in auxilium sponte disceder-
et: et decem milibus eris absens etiam dan-
naretur: mox iterum a gallis vindex pa-
trie futurus ingratus. **M**ulta memorare
iam piget feda et iniusta quibus
agitabatur illa ciuitas. cum potentes ple-
bem sibi subdere conarentur. plebsque
illis subditi recusaret: et vtriusque partis
defensores magis studijs agerent ad
morem vincendi: quam equum et bonum quic-
quam cogitarent. ¶ **Ca. xvij.**

Itaque habeo modum: et ipsum fa-
lustium testem potius adhibebo.
Qui cum in laude romanorum dixisset. vnde
nobis iste sermo ortus est. ius bonum
quod apud eos non legibus magis quam na-
tura valebat. predicans illud tempus quo
expulsis regibus incredibiliter ciuitas
breui etatis spacio plurimum creuit:
idem tamen in primo historie sue libro atque
ipso eius exordio fatetur. etiam tunc cum
ad consules a regibus esset translata
respublica: post paruam interuallum ini-
urias emeruisse validiorum et ob eas
discessionem plebis a patribus. aliasque
in urbe dissensiones fuisse. **N**am cum op-
timis moribus et maxima concordia po-
pulum romanum inter secundam et postremam
bellum cartaginense commemorasset
egisse. causamque huius boni non amo-
re iusticie sed stante cartagine metu
pacis infide fuisse dixisset. vnde et na-
lica ille ad reprehendam nequiciam seruauit
dosque istos mores optimos ut metu
vicia cobiterentur cartagine nolebat
euerti: continuo subiecit idem salustius
et ait. **A**t discordia et auaricia atque
ambitio et cetera scelerum rebus oriri sue-
ta mala post cartaginis excidium ma-
xime aucta sunt: ut intelligeremus
etiam antea oriri solere et augeri. **S**ed
subnectens cur hoc dixit: nam iniurie
inquit validiorum et ob eas discessio
plebis a patribus alieque dissensiones
domi fuere: iam inde a principio neque
amplius quam regibus exactis: dum me-
tus a tarquinio. et bellum graue cum etru-
ria positum equo et modesto iure agi-
tatum. **V**ides quemadmodum etiam illo
breui tempore ut regibus exactis id est
eiectis aliquantum equo et modesto iure
ageretur. **Q**uod dixit fuisse causam
quam metuebatur bellum. quod rex tarqui-
nius regno atque urbe pulsus etruscis
sociatus. contra romanos gerebat.
Attende itaque: quid deinde contexit.

dem inquit seruali imperio patres plebem exercere. de vita atque tergo regio more consulere. agro pellere. et ceteris ex partibus soli imperio agere: quibus seueris et maxime fenoris onere oppressa plebs. cum assiduis bellis tributum et militiam simul toleraret: armata montem sacrum atque auentinum insedit. Dumque tribunos plebis et alia sibi iura parauit: discordiarum et certaminum utriusque finis fuit secundum bellum punicum. Ceteris ex quo tempore id est paruo intervallo post reges exactos quales romani fuerint de quibus ait: ius bonique apud eos. non legibus magis quam natura valebat. Porro si illa tempora talia reperiuntur. quibus pulcherrima atque optima fuisse predicatur romana respublica: quid nam de sequenti etate dicendum aut cogitandum arbitramur. cum paulatim mutata ut eiusdem historiciis verbis utar ex pulcherrima atque optima. pessima ac flagitiosissima facta est post carthaginis videlicet ut commemorauit excludit. Que tempora ipse salustius quemadmodum breuiter recolat et describat in eius historia legi potest: quantum malis morum. quam scdis rebus exorta sunt usque ad bella ciuilia demonstrat esse puentum. Ex quo tempore ut ait malorum mores non paulatim ut antea sed torrentis modo precipitati a deo inuentus luxu atque auaricia corrupta: ut merito dicatur gemitos esse: qui neque ipsi habere possent res familiares. neque alios pati. Dicit deinde plura salustius de filie uicinis ceteraque feditate reipublice: et alii scriptores in hoc consentiunt: quantum eloquio multum impari. Ceteris ut opinor. et quisquis aduerterit facillime percipit: conuulsiue morum pessimorum quo illa ciuitas prolapsa fuit. ante nostri summi regis aduentum. Nec enim gesta sunt non solum antequam christus in carne prius docere ce-

pisset: verum etiam antequam de uirgine natus esset. Cum igitur tota tanta mala temporum illorum. vel tolerabiliora superius. vel post euersam cartaginem intoleranda et horrenda dijs suis imputare non audeat. opinionibus humanis mentibus unitalia uicia siluesceret astutia maligna inserentibus: cur mala presentia christo imputant. qui doctrina saluberrima et falsos ac fallaces deos colit. et istas hominum noxias flagitiosasque cupiditates diuina auctoritate detestans atque condemnans. his malis tabescenti ac labenti mundo ubique familiam suam sensim subtrahit. qua condant eternam. et non plausu uanitatis sed iudicio ueritatis gloriosissimam ciuitatem. **Ca. xviii.**

